

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento  
Selectæ**

**Pexenfelder, Michael**

**[S.I.], 1711**

XCIII. Ezechiæ ostentatio punita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64523)

confudit, dumque idolo suo *Nesrocho*, de filiis suis  
duos, natu maiores, *Adramelectum* & *Serasarem* victimam  
humanam, votō promittit; ab ijs, consilio  
patris cognitō, ad ipsam aram trucidatur. Par-  
cidæ in Armeniam profugi, *Assaraddoni* natu minimo,  
regnum reliquerunt; quō deinde victo casoque à  
*Merodacho* Babyloniorum Prætore, Imperium Affy-  
riacum penitus est eversum, vastata Ninus, & *Me-  
rodachus* [ seu *Berodachus*, & nomine regio *Nahmefor*,  
privatō *Baladan*] Babyloniorum, totiusque Ori-  
entis Dominus evasit. Ita tyrannus tyrannum subju-  
gat, & potentia scelere parta per aliud scelus oppri-  
mitur. Vaticinium Isaiæ fuit cap. 33. *Vt ibi, qui  
prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne &  
ipse speneris?*

## NARRATIO XCIII. EZECHIAE OSTEN- TATIO A DEO PUNITA.

4. Reg. 20, 2. Par. 32. Isa. 39.

Anno Mundi 3324. Ante Christum 729.

**N**on raro laus, quæ in rebus adversis effloret,  
cit, in secundis corrumpitur; & qui ferocientem repulit hostem; blandientem non  
cavit. id Ezechiæ evenisse, narratio hæc ostendet.  
Rebus Affyriacis immensa clade prostratis, *Mereda-  
chus*, haec tenus Sennacheribi, in Babylonia Prorex,  
aut certè vectigalis, vicariam potestatem conver-  
tit in absolutum dominatum, liberumque sibi reg-  
num, contractâ cuim alijs regibus amicitia, stabilir-  
ecepit.

filii suis  
 rem vici-  
 , consilio  
 . Patri-  
 i minimo,  
 cæsique à  
 um Assy-  
 s, & Me-  
 Nabonafur,  
 ue Orien-  
 um subju-  
 ilus oppri-  
 etib, qui  
 , nonne  
 I.  
 TEN.  
 TA.  
 n 729,  
 is efflore-  
 x qui fer-  
 entem non  
 ostender.  
 is, Merda-  
 ia Prorex,  
 n conver-  
 ie sibi reg-  
 a, stabilis  
 ecepit.  
 Unde factum , ut etiam ad Ezechiam lega-  
 ionem expediret, partim ut Regi gratularetur va-  
 studinem recuperatam , regnique tranquillitatem;  
 partim ut exploraret ostenti cœlestis caussas ; nam  
 una prodigijs , solis scilicet viam retrò legentis  
 quod toti mundo commune factum ] apud Baby-  
 lonios imprimis inclaruit ; partim , ut Regem ad  
 mutui foederis nexum invitaret ; non sine splendido  
 munerum additamento. Delectatus est adventu  
 Legatorum Ezechias, quippe à magno se Principe  
 honorari sentiebat, videbátque delatam ultro ami-  
 citiam, magno sibi præsidio fore adversùs quamvis  
 hostilitatem. Ut verò ipse quoque majestatis ali-  
 quod regiæ specimen Babylonij exhiberet , non  
 temperavit sibi , lætitiaeque suæ , Rex alioquin mo-  
 dellissimus , quò minus opes regias universas, quas  
 ex præda Assyria mirum quantum instruxerat , au-  
 teratque : & se ipsum insuper barbaris ac profanis il-  
 lis aperiret , improvida simplicitate. Aurum, ar-  
 gentumque copiosum ; unionum ac gemmarum,  
 & aromatum peregrini pretij thesaurus ingens. A-  
 bacorum vasa plurima , magnóque constantia : re-  
 fertissimum castrenibus instrumentis armamentari-  
 um : olei , vini , frumenti divites apothecæ. Pe-  
 toris, ac jumentorum & gregum vis innumerabilis :  
 urbes regni validiores , aut ex integro recentes con-  
 ditæ : aut muris , turribusque , si quæ concidissent ,  
 instauratîs repositæ. Lethales sanè divitiæ , quas  
 nec celare tutum , nec proferre. Hoc facinus [ ut  
 sanè facillimus est ab ostendente transitus ad osten-  
 tantem ] jactantiæ non omnem speciem evitavit.  
 tametsi veniâ dignum ; DEI tamen incurrit re-

F f

pre-

prehensionem , & Isaiæ Vatis in seros posteros præ-  
 sagas minas ; futurum quippe , ut , quos erat geni-  
 turus liberos ; & thesauros , quibus intumesceret ,  
 Babylonij in terras suas prædando deportarent . A-  
 deò DEUS suos , quantò majores efficit , tanto cu-  
 pit in seipsis contractiores . Elucet hinc divinorum  
 severitas judiciorum , quæ , cùm ad gravissima im-  
 piorum scelera , non raro conniveat ; minoribus  
 proborum delictis acre supplicium constituit . Hos  
 enim , ut Augustinus loquitur , hīc urit , hīc fecat ,  
 ut ibi parcat ; Illis hīc parcit , ut æternū cruciet .  
 Severo Numinis decreto , mira se demissione Rex  
 pientissimus subjecit , id unum obtestans , vindicem  
 vellet DEUS manum suspendere , vitæ tempore , ab  
 ejus sibi clementia concessæ . Obtinuit , quod ro-  
 gavit ; post exactos quindecim indulgentiæ cele-  
 stis annos , in alta regni optimè constituti pace , ex-  
 tremum , diuque prævisum clausit diem , appara-  
 ductis exequijs , Majorum conditorijs illatus ; E-  
 tatis anno quinquagesimo quarto , regni vigesimo  
 nono ; Mundi trigesimo septimo supra ter milie-  
 tum , trecentesimum ; ante Christum , septen-  
 tesimo , decimo sexto . Fuit pessimi patris natus  
 Sanctissimus ; & pessimi nati pater Sanctissimus ; nam  
 Manassen genuit , quō pejorem , si finem demos ,  
 nulla vedit ætas . Perquam sanè mirabilis vicissiu-  
 do rerum , ex spinis rosam , è rosa spinam ,  
 lucem ex tenebris , tenebras ex luce  
 ortam esse .

